808 Nr 20

DE

USU EPIGLOTTIDIS

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

PRO SUMMIS

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORIBUS

LEGITIME IMPETRANDIS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAR. THEOPH. FRID. REICHEL

LIGNITIENSIS,

DIE XXI M. DECEMBRIS. A. MDCCCXVI.

H. L. Q. S.

BEROLINI.

TYPIS JOANNIS FRIDERICI STARCKII.

P r o o e m i u m.

Studiis academicis absolutis, examine rigoroso am sustento, ad dissertationem, ex jussu gratioae facultatis medicae conscribendam, mihi, diuius de themate eligendo haesitanti, tandem pusculum celeberrimi Magendie, Professoris in cademia Parisiensi „de usu epiglottidis" aptam raebuit ansam. Celeberrimus enim vir ille, ad experimenta a se ipso hunc in finem in animalibus vivis instituta, prorogans, quam satis jam firnatam putarunt Auctores, opinionem, epiglottidem organa respirationis inter deglutitionem tueri, ubvertit. Maximi, ut mihi videtur, momenti est, quod motus glottidis (contractiones scil. et dilaationes ejus) respirationi aequales, observaverit; ex qua observatione doctrinae nostrae de respiatione, loquela, suffocatione magni nasci videntur fructus. Animus ad hanc rem indagandam magis mihi excitatus est, cum paullo post celeberrimus Mende, Professor Gryphiswaldensis eandem observationem, in homine vulnerato factam,

in publicum protulisset. — Quid in medicin practica et theoretica plus valet, quam investig tio functionum cujusvis partis in corpore organic vivo? — Quam multa autem in Physiologia n lateant, nullus est, qui ignoret. Quid enim d functione lienis, glandularum suprarenalium, gla dulae thyreoideae etc. hactenus scimus? — No nisi hypotheses nobis offeruntur. — Non inutil foret, opinor, si illi, qui pro laurea doctorali su bere vellent, talem materiam physiologicam, a huc obscuram, scrutationibus suis subjicere speculatione quidem sola nunquam ad finem p veniemus, sed experimenta iterum atque iteru repetita de functionibus organorum in corpore v vo nos certiores facere possunt.

Ad epiglottidis usum examinandum igit experimenta nonnulla institui, quae ingenue a veritate non discedens, narrabo. Rem a me quaquam esse absolutam, sed multis adhuc in gere explorationibus, ab artis peritioribus insti endis, me non fugit; spero autem, lectores be volos opusculum hoc tironis e scholis praecep rum, quibus optimis est usus, vix egressi, c pro viribus ad scientiam nostram aliquid confe studuerit, clementi et aequa mente esse judicatur

Cartilaginis elasticae, „epiglottidis" nomine salu-atae, radici linguae, ossi hyoïdeo, et cartilagini hyreoideae propriis ligamentis affixae, formam et tructuram in corpore humano, nullo incognitas, ranseo; liceat tantum de illis, quae ad anato-niam hujus partis in ceteris animalibus spectant, auca disserere.

In mammalibus epiglottis proportione major, uam in hominibus invenitur, valde illius forma n animalibus hujus classis diversa, in quibusdam valis, in aliis subrotunda, in aliis fere triangu-aris (ut in cane domestico) apparet. Nulli au-em deest; nam in vespertilionibus, quibus de-sse a nonnullis dicebatur, ab aliis Anatomicis ob-servata est. [1]) — In Cetaceis parietes anteriores yramidis quadrilaterae, cujus parietes laterales artilagines arytaenoideae faciunt, format; glottis n his animalibus choanis proxima est. [2]) — In

1) *Wolf*: Dissert. de organo vocis mammal. Berolini 1812.

2) S. *Cuviers* vergleichende Anatomie übers. von *Meckel.* 3r Theil.

Elephante maximo, cujus epiglottis semper erec est, in utroque istius cartilaginis latere fovea pr funda observatur, quae alimenta glottidem ape tam transducit, et, sic, quo minus in trachea aliquid incidere possit, prohibet.

Aves epiglottide carent. In Struthione C melo tuberculum in radice linguae, nonnulli p epiglottide, quae non adest, habuere. [1]) — S in avibus musculi majores, ac magna copia m ibi semper collecta, glottidem defendunt.

Ut aliae partes corporis humani, sic epigl tis etiam mutationibus morbosis variis obnox est. Liceat mihi, exempla nonnulla de vitiis morbis epiglottidis, ab auctoribus descripta, m morare. —

Ex vitio primae formationis epiglottidem obliquam et curvatam viderunt. [2]) In neonat saepe muco ita obducta deprehenditur, ut aëri in gressus prohibeatur, exoriaturque asphyxia. [3]) -

1) *Cuvier* Ménagerie du Museum national d'histoire natu relle. Par. 1801. Fol. I. apud tab. 3. S. *Blumenb.* ver gleichende Anat. S. 282.

2) Ephem. Nat. Curios. Cent. III. obs. 112. — Atti de academ. de scienze de Siena. Vol. III. p. 232.

3) *Osiander*, Denkwürdigk. B. I. St. I. S. 284.

nflammatio epiglottidis solius tam vehemens, ut nagnitudinem glandis membri virilis aequaret, lescripta est. [1]) — Morgagni in morbo anginoso piglottidem rubicundam et turgidam vidit. [2]) — aepius epiglottis exulcerata est, unde deglutitio lifficilis et vox rauca exoriuntur. Sic Severinus ominem, cujus epiglottis ulceribus syphiliticis lestructa erat, semper in deglutiendo ita affectum sse narrat, ut vitam amittere metueret.

Alii auctores idem experti sunt. [3]) In homine ex hydrophobia defuncto, pharyngem rubrum, piglottidem autem rugosam invenerunt. [4]) — Babingson post eundem morbum partem superiorem epiglottidis inflammatam vidit. [5])

Quandoque ita indurata deprehenditnr epiglottis, ut loquelae et deglutitioni damnum infe-

1) Medical facts and observ. Vol. I. — *Richter* chir. Bibl. B. XII. S. 206.

2) *Morgagni* de sed. et causis morb. Lib. I. Epist. VIII. §. 27.

3) Mémoires de l'acad. de Chir. Vol. I. p. 184—95. *Hopfengärtner* in Hufelands Journal B. VI. S. 558, *Morgagni* Epist. XLIV. §. 15. — et Ep. XXVIII. §. 10. *Sammlung* auserlesner Abhandl. für pract. Aerzte. B. IX.

4) *Morgagni* Epist. XLIV. §. 3.

5) Medical communications. Vol. I.

rat, nec nisi majorum frustorum deglutitionem admittat; potus et omnia, quae cochleari exhibentur, tracheam intrant, rigidiori ab epiglottide non satis clausam. [1])

Rara etiam epiglottidis elevatio propter ligamentum, quo linguae adhaeret, nimis abbreviatum, unde morbi catarrhales, et anginosi long exorti sunt, relata est a Daniele Schlichting. [2])

Alii autem autores defectum epiglottidis vitio primae formationis observarunt, ex quo nec deglutitio, nec loquela detrimentum acceperunt; musculi arytaenoidei vero in his casibus solito majores erant. [3])

Ad nostra usque tempora, auctores ad unum fere omnes utilitatem epiglottidis eam habuere quod in deglutitione rimam glottidis tegat, atque ab illapsu alimentorum defendat. Res jam absoluta videbatur, sed celeb. Magendie, Prof. Parisiensis, experimentis sequentibus circa usum epi

1) *Barbette* in Bonnetti sepulchr. anat. T. II. Lib. III obs. VI. p. 31. Acta Nat. Curios. observ. 84. Vol. I facta in femina a Michaelo Adolphi.

2) Acta Nat. Curios. observ. XXVI.

3) *Tozzetti* Prima raccolta di osserv. med. Florenz 175? — V. in *Morgagni* Lib. I. Epist. XXVIII. — S. Sammlung medic. Wahrnehmungen B. IV. P. 322. *Guilielmini* de morbosorum cadaverum judicio, p. XXII.

lottidis ab illo institutis, recentissimis tempori bus hanc opinionem rejecit.

1) Cani venatico inter cartilaginem thyreoideam et os hyoideum incisione facta, epiglottidem e vulnere protractam exstirpavit. Operatione sine graviori laesione peracta, animal parum turbatum est. Vulnus per suturam junxit. Hora post operationem praeterlapsa, alimenta cani obtulit, quae ille magna cum aviditate devoravit. Neque in solidis neque in fluidis, quae difficilius deglutiri dicuntur, assumendis impeditus est; guttulae tantummodo perpaucae aquae assumtae e vulnere prosilierunt.

Animus igitur ad nova experimenta instituenda excitatus est. Quomodo, sibi dixit, alimenta inter deglutitionem, sublata epiglottide, ab ingressu in laryngem et tracheam arcentur? — Quare alii cani in eadem regione colli, ut supra, incisionem fecit, epiglottidem protraxit, vulnusque dilatavit; nunc autem, glottidis in conspectum venientis motus respirationi aequales animadvertit; — aqua, in gulam injecta, glottidem eodem momento, in quo larynx, durante deglutitione ascendit, propria vi occludi vidit. Denuo aquam faucibus infudit, atque iterum occlusionem glotti-

dis spontaneam inter deglutitionem observavit. — Tunc, immisso in pharyngem digito, saepenumero deglutitionem effecit, quae semper cum vehemente contractione glottidis conjuncta erat. — Sic facile, quomodo animal, excisa epiglottide sine affectione organorum respirationis alimenta assumere posset, intellexit. — In aliis animalibus, in cuniculis, felibus etc. hoc experimentum saepius cum eodem eventu reiteravit.

Eodem fere tempore observationem circa motum glottidis a celeberrimo viro Mende, Professore Gryphiswaldensi, in homine laeso nuperrime factam legi. *) Ad rusticum, qui se ipsum colli incisione occidere tentaverat, celeberrimus vir *ille* ut disquisitiones ex lege faciendas instituerent, vocatus, hominem sex horis a suicidio intento praeterlapsis viventem adhuc mentisque compotem sed graviter laesum, ore nasoque suspiriose anhelantem, verba monosyllaba anxie et obscure protrudentem invenit. Fasciis, ab aliis jam aegre ruditer impositis, remotis, vulnus permagnum in anteriori parte colli, ad internos usque nuchae musculos et vertebras colli hians, conspexit. —

*) Von der Bewegung der Stimmritze beim Athemholen. Greifswalde 1816.

Osse hyoideo et epiglottide a cartilagine thyreoi-
dea, oesophago a pharynge abscissis, superior pars
aryngis et integra glottis oculis se obtulerunt. —
Magna vasa arteriosa et venosa illaesa, itaque vires
debilitatae quidem, sed non exstinctae erant. —
Aegro lucis radiis exposito, chirurgo ligatu-
ris parandis occupato, per horam fere glottidem
alternis vicibus se contrahentem rursusque dila-
antem observavit. — Coarctatio rimae semper
n exspiratione, dilatatio autem in inspiratione
pparuit. — Locus insertionis epiglottidis, dum
nspiraret infelicissimus, paullulum elevatus ac an-
rorsum ductus, cartilago thyreoidea autem de-
ressa erat; in exspiratione contrarium accidit. —
Aegro nunc aquae potum desiderante, sonus in-
rticulatus et lenissimus auditus est; glottidem ad
imidium circiter spatium apertam, tremulantem-
ue aspexerunt. — Capite ad pectus depresso, vul-
ereque lege artis, quantum fieri poterat, clauso,
eger potum oblatum sine molestia assumpsit. —
n nosocomio Gryphiswaldensi, secundum relatio-
em inspectoris, juscula ei praebita deglutivit,
pluries verba interrupta raucaque voce pro-
ulsit. Tertio die animam efflavit; in dissecto
davere praeter exspectationem inflammationem

organorum vocis et respirationis nullam inve-
nerunt.

His observationibus commotus, actionem glottidis ipse indagaturus, pericula sequentia institui:

I. Cuniculo, constitutionis mediae, inter cartilaginem thyreoideam et os hyoideum incisione larga facta, epiglottis oculis se obtulit; cum vero illam protrahere vellem, vulnere hunc in finem dilatato, arteria laryngea quam accuratissime hic evitare debes, laesa est. Epiglottis quidem protracta forfice Cowperi abscindebatur, sed sequelae defectus epiglottidis observari non poterant, quia animal paullo post periit. Profluvium sanguinis jam defierat, cum subito respiratio anxia fieret, et non nisi intentione totius corporis spiritus duci posset, tandem cum omnibus suffocationis symptomatibus mors accessit. In cadavere dissecto praeter magnam copiam sanguinis coagulati in laryngem et tracheam effusi nil invenimus; sed facile, ex hac repletione organorum respirationis suffocationem ortam esse, comprehendes.

II. Tunc in alio cuniculo, ejusdem constitutionis, idem experimentum, feliciore successu,

evitata arteria laryngea, institutum est. Epiglottide e vulnere protracta et abscissa, vulnus per suturam junxi. Sanguinis minimam quantitatem animal perdidit; nec aliae partes nobiliores laesae sunt. — Operatione peracta, ut deglutitionem observarem, cuniculo cibum et potum obtuli; sed omnia repudiavit, quod non miraberis, cruciatus, quos animal perpessum erat, considerans. Horis nonnullis praeterlapsis, vespertino tempore, nec non in nocte, tussis frequens audita est; nec solida, nec liquida cuniculus sine labore deglutire potuit. Septimum versus diem tussis evanuit; molestiae vero in deglutitione, quamquam in dies leniores fierent, non cessarunt. — Decimo quinto die, cum meliori valetudine gauderet, subito et sine symptomatibus morbosis praegressis cuniculus mortuus est. In cadavere magnam copiam puris in partibus mollibus circa laryngem sitis invenimus; in larynge ipso pus, ex abscessu influxum, collectum erat, in trachea et larynge nec exsudationem, nec exulcerationem, nec alia verae inflammationis vestigia detegere potui. Animal suffocatione tam subito exstinctum esse videtur. — Causa suffocationis partim ex compressione laryngis, per pus ex abscessu disrupto ef-

fluxum, effecta, partim ex immissione ipsa magnae quantitatis puris in laryngem et tracheam deduci potest. — Stomachus cibis impletus erat, quod argumentum est, cuniculum paullo ante mortem optime devorasse. — In ventriculo cordis dextro multum sanguinis venosi erat.

III. Post aliquot dies in alio cuniculo periculum idem reiteratum est. — Ut omnem partium externarum laesionem vitarem, epiglottidem ex ore auferre conatus sum: sed propter spatium nimis exiguum, quod in cavo oris, ope speculi oris aperto, remansit, et propter motus fere convulsivos radicis linguae, epiglottidis ipsius, laryngis et pharyngis perpetuos, ne aliae partes in faucibus laederentur, forficem immittere ausus non sum. Operatione igitur sueto more peracta, et epiglottide ablata, vulnus sutura junctum est. — Celeb. vir, Professor Renner huic experimento adfuit meque adjutavit. — Cuniculus post Operationem melius quam alter se habuit, tussis vero, ut in illo versus noctem apparuit; deglutitionem non sine aliquo labore peregit. — Per plures dies semper idem valetudinis status; septem diebus praeterlapsis incommoda decreverunt; cibum potumque avide assumpsit, quamvis organa

respirationis, dum deglutiret animal, saepius tussicula affecta sunt. Trigesimo die cuniculum mortuum inveni; optima usque ad illum diem valetudine gavisus erat; quaenam causa mortis fuerit, ignoravi, neque in cadavere dissecto detegere potui. Nemo quidem, qui imbecillitatem horum animalium, a levissimis saepe causis exstinctorum non ignorat, hoc mirabitur. — Epiglottidem, quamquam accuratissime Operatio facta erat, non radicitus exstirpatam fuisse nunc vidi; nam in superficie interna cartilaginis thyreoideae, in illo loco, quo epiglottis affigitur, fragmentum relictum erat, quod hami instar super anteriorem glottidis partem curvatum apparuit.

IV. Ante mortem cuniculi jam canem venaticum juniorem experimento subjeceram. Postquam epiglottidem e faucibus auferre frustra tentaveram, illa eodem modo, ut in cuniculis factum erat, abscissa, et vulnus sutura junctum est. Aquae post Operationem oblatae minimam portionem, non sine magno labore assumpsit. Tussis mox in cane, ut in cuniculis, et quidem frequentior, dum alimenta caperet, audita est. Celeberrimus Magendie quidem affirmat, animalia, in quibus experimenta instituerat, minime ex ope-

ratione turbata fuisse; sed canis et cuniculi, quibus epiglottidem abstuleram, primis post Operationem diebus valde inquieti fuere. — Quarto die ligaturae jam solutae erant, quia canis partes sutura junctas, quantum poterat, muro et terrae adtrivit; margines vulneris denuo sutura jungere volui; cum vero alimenta nulla e vulnere effluerent, sanationem naturae commisi. In dies nunc animal melius deglutitionem peregit; tussis magis magisque evanuit. — Quindecimo die post Operationem praeterlapso, vulnus granulatione fere clausum est; canis optime se habuit; in alimentis devorandis tantummodo molestias, sed non magni aestimandas, animadvertere potui. Tunc investigaturus, an vox e defectu epiglottidis detrimentum cepisset, canem, ut latraret, lacessivi; latravit quidem, sed voce rauciore, quam ante Operationem fecerat. — Organorum vocis et respirationis conditionem perscrutaturus, canem die vigesimo oleo Lauro-Cerasi interfeci. Guttulis perpaucis hujus veneni vix linguae illitis, animal ingemuit, et saltus facere conatum est, sexagesimis minutae quibusdam praeteritis, pedibus non amplius stare potuit, quia extremitates posteriores paralysi jam affectae erant; paullo post e

interioribus simili modo affectis canis subito prostratus est. Eodem fere momento musculi sphincteres ani et vesicae urinariae omnem vim perdiderunt, et excrementa involuntarie abierunt. His partibus (extremitatibus scil. et sphincteribus) sic perfecte debilitatis, ceterum corpus nihilominus motibus convulsivis correptum, praesertim caput mire huc et illuc circumactum est; post sexagesimas horae tres in resupinatione caput immobile permansit; lingua ex ore projecta, respiratio tarda, gravis et suspiriosa, oculi protrusi erant. Minutis quinque praeterlapsis mors accessit. — Cadaver dissectum odorem anygdalarum amararum specificum edidit; iu venosa parte cordis, ac in venis pectoris magnam copiam sanguinis venosi perliquidi inveni; hanc liquiditatem sanguis diu jam e corpore emissus retinuit. Laryngis vulnus perfecte sanatum erat; epiglottidis particula adhuc aderat, sed hae reliquiae epiglottidis, quae anteriorem rimae glottidis partem tantum tegebant, nullo modo, quo minus alimenta, inprimis liquida in laryngem inciderent, prohibere potuerunt; posterior enim et media pars rimae aperta et intecta erat. — Propter motus perpetuos laryngis, si graviores laesiones vitare vis, epiglottis ita ab-

scindi non potest, ut ne particula quidem remaneat. Nescio, an celeberrimus Magendie epiglottidem radicitus semper exstirpaverit; affirmat quidem hoc, sed desunt argumenta; nullum ex illis animalibus, quae experimento subjecerat, secundum relationem suam brevi post Operationem mortuum est; nullum ipse interfecit, itaque conditionem organorum respirationis post excisionem epiglottidis non investigavit.

Canes adhuc aliquos eodem experimento subjicere, ut motum glottidis a celeberrimis viris Magendie et Mende notatum ipse observarem, mecum constitui. Quare:

V. In cane juniore, operatione in collo, more consueto facta, atque epiglottide excisa, vulnus ita dilatatum est, ut integra glottis oculis se offerret; nunc autem, quomodo labia glottidis ad externa latera in inspiratione, introrsum autem in exspiratione se volverent, optime vidi, et testibus utor viro celeberrimo, Professore Renner, nec non amicis, Doctortbus Medicinae et Chirurgiae, v. Olfers et Boehr, qui me adjutarunt. Digitus in laryngem missus, fortiter compressus est. Contractiones dilatationesque respirationi ipsi semper aequales erant.

Hoc

Hoc periculum jam ad probandam facultatem
tidis, sese fine auxilio, contrahendi et clau-
di, suffecisset; sed ut pluribus hunc in finem
tutis experimentis de vi glottidis propria, qua
ngressu alimentorum se tueri potest, certior
m, praesentibus viris celeberrimis, Professo-
s Rosenthal, Renner, et Mende, (qui Gry-
e circa hanc rem observationem jam comme-
ıtam fecit:

VI in alio cane, periculum idem reitera-
est. Vulnere sat dilatato, et epiglottide abs-
, superior pars laryngis denudata et in con-
um protracta est. Evidenter nunc, rimam
idis in inspiratione dilatari, in exspiratione
n coarctari, perspeximus; praeclusio glottidis
ertim a cartilaginibus arytaenoideis et Santo-
ıis (in cane majoribus), quae in exspiratione
se imposuerunt, peracta est. Spatium exi-
quidem, attamen sat magnum, ut liquida,
ıinora frustula alimentotum per illud in la-
m incidere possent, in rima, dum coarcta-
restitit; digito autem, vel laryngi, vel an-
i parieti pharyngis, nunc denudatae, impo-
ıc deglutitionis motu sic excitato, coarctatio
lis tam accurata secuta est, ut eam, satis su-

perque esse defensam, non dubitares; quae arctatio tamen sine vehementiori intentione m culorum perfici non poterat.

Ex his omnibus facile perspicitur, epigl dem nec ad deglutitionem sine detrimento la gis peragendam, nec ad vocem producendam esse necessariam, ut sine epiglottide degl vel loqui non possemus, sed potius a na (quod jam ex situ ejus patet) ut pluribus tionibus, scil. deglutitioni, respirationi et succurrat, destinata esse videtur; nulla enim tionum illarum, deficiente epiglottide penitus lata est; omnes autem difficiliores peractu redditae. — Affirmationi enim celeb. Mage nullam in animalibus, epiglottide privatis, operationem in deglutitione molestiam se madvertisse, contradicere audeo. Omnes bestiae, quibus epiglottidem abstuleram, post rationem deglutitione paululum difficiliori, ac pius tussi, dum alimenta glottidem transiren cedente, laborarunt. Statum quidem inflam rium laryngis, operatione ipsa adductum causa horum phaenomenorum agnoscere p cum vero larynx ipse non laesus, vulnus cu musculorum etiam non magni momenti

tum illum subinflammatorium potius ex irrita-
ne marginum glottidis, sublata epiglottide per
menta assumpta immediate nunc tactae, et ve-
nentius se contrahere, coactae, deducere de-
. Non dubito, quin epiglottis ad deglutitio-
n faciliorem, minusque periculosam redden-
n multum conferat; hoc jam inde patet, quod
omnibus animalibus, quae larynge perfecto
mato, non autem musculis majoribus ad glot-
s defensionem inservientibus (uti aves) in-
ıcta sunt, eam constanter invenimus; hanc uti-
tem etiam structura ejus in Elephante probat.
nc omittendum non est, in omnibus mamma-
ıs fibras musculares (quamquam non tot tan-
ıue, ac in avibus) inveniri, quae homini de-
t, ita, ut phaenomena, quae abscissionem epi-
ttidis in animalibus sequuntur, in hominibus
nino eadem fore, concludere non possis. —
illis hominibus, quibus secundum Tozzetti,
lielmini epiglottis deerat, et qui nunquam de-
:itione difficili laborasse dicuntur, musculi la-
gis (arytaenoidei) multo majores, quam in
;esse solent, aderant; sic natura his adjumen-
epiglottidis defectum compensaverat. — Glot-
m vero, et deficiente operculo suo, majori

intentione musculorum, quibus cartilagines ar taenoideae moventur, claudi posse, jam inde d monstratur, quod animalia, quibus epiglottide excideram, sine graviori molestia alimenta cape possent; hoc porro ex autopsia probatur, si gl tis denudatur et in conspectum protrahitur; viri celeberrimi et doctissimi, qui experimen duobus ultimis, in canibus institutis, adfueru de vi glottidis, in vices se contrahendi dilat dique, mecum persuasi sunt. — Ut deglutitio cilius perageretur, certiusque larynx (quo i lum fere organon majori sensibilitate praedit est) tueretur, epiglottis tantummodo prode potest. Optime et sine periculo post exspirat nem, priusquam nova intrat inspiratio, alime ta glottidem transducuntur; tunc enim glot sponte sua coarctata est; recte et evidenter i tur celeb. Mende, epiglottidem ad rimam vo lem tegendam tum maxime esse necessariam, durante inspiratione aut exspiratione cibum potum deglutimus, contendit.

Deinde in formanda voce epiglottis n omittenda est. — Vocem in primo cane, abl epiglottide, finito jam stadio sub inflammato post operationem, dum latraret, minus claram

norann fuisse, supra commemoravi. — Vox, on nisi rima ad dimidiam circiter partem co-ctata, formari potest, si autem margines glotti-s contrahuntur, epiglottis etiam partim per des-nsionem propriam, partim per ascensionem la-ngis rimae appropinquatur; sic aër ex glottide otrusus, certissime (quod jam celeb. Mende di-) ab epiglottide vario modo frangitur, et mo-latur. — Nonne et cartilaginis ipsius tremor, re ex glottide protruso productus respici de-t? — Attamen et in vocis formatione epiglot- non nisi organon auxiliare est; minime au-n, deficiente cartilagine ista, vox graviorem itationem patitur, quod jam ex illo cane, qui st excisionem epiglottidis (quamquam voce pau-um rauciori) nihilominus tamen latravit, pro-tur; aliud argumentum ex illis hominibus, quos ozzetti etc- deficiente epiglottide, voce praedi-s viderunt, formatur, et aves sine epiglottide avissime canant.

Respirationem tandem ipsam epiglottis haud bie magnopere adjuvat. — Primo, non om-m aërem ex pulmonibus exspiratione expelli, ter omnes constat; glottis igitur, ne omnis aër ciatur, coarctari debet; quo melius certiusque

hoc fiat, epiglottis rimae se imponit, illamqu
perfecte claudit.

Deinde epiglottis asserente celeberrimo Pro
fessore Rudolphi, praeceptore nunquam satis ve
nerando certissime magnam respirationi affert uti
litatem, quod inter inspirationem e glottide per
pendiculariter eminens, aërem ex ore et choan
in fauces inductum, ibique collectum, cum super
ficie sua interna ac excavata excipiat, illumqu
promptius et accuratius in tracheam deducat.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE

BEROLINENSIS

ADJECTUM.

ɿgo, Carolus, Theophilus, Fridericus Reichel ıtus sum Lignitii anno MDCCXCI, die sep-no Novembris, patre optimo, Carolo Reichel, ercatore illius urbis, matre Joanna Reichel, ex ia gente, quae acerba morte anno praeterlapso ihi erepta est. Prima, quibus aetas frui potest ıerilis, literarum humaniorum elementa, prae-ptoribus Gymnasii, quod Lignitii floret, maxi-e colendis, debeo. Anno aetatis decimo nono amini, pro maturitate, ut vocant, me subjeci;

quo peracto, ut uberiorem scientiarum fonten adirem, Universitatem Francofurtanam, tunc tem poris florentem, petii. In qua praelectionibu beati Bredow de historia universali, de histori Germanorum, nec non illius interpretationi Ta citi de moribus Germanorum adfui, doctissimum Wunsch physicen, clarissimum Thilow Logi cen explicantem, audivi. Cum inprimis st dio medico me dicandi desiderio detentus essem in eo instituendo duces mihi fuere: beat Meyer, qui encyclopaediam et methodologiam doctissimus Otto, qui osteologiam mihi tradi dit. — Interpretationem Celsi de Medicina, e ore illustrissimi Berends audivi. — Sic per an num Francofurti commoratus, in Academiam Be rolinensem me contuli. — Ibi autem institutio nibus celeberrimorum virorum per duos anno gavisus sum. Erant enim beatus Willdenow Bo tanices, illustrissimus Rudolphi Methodologiae Anatomiae nec non Physiologiae, beatus Re Pathologiae generalis et Therapiae acutorum mo borum, beatus Fichte disciplinarum philosophica

rum, celeb. Graefe Chirurgiae generalis, nec non doctrinae de morbis ossium dynamicis clarissimi praeceptores.

Mense Februario autem, anni 1813, bello repente exorto, cum commilitonibus pro patria et libertate contra hostem tyrannum dimicaturus, Academiae nostrae valedixi. — In proelio prope Gros-Goerschen commisso, grave vulnus cruri inflictum est, quod a multis medicis et Chirurgis frustra curatum, tandem opera experientisstmi Doctoris Helling, cui publice hic agere gratias meum est, consanuit. — Restitutus quidem a vulnere, sed debilitate impeditus, quo minus militum ordinibus denuo me adjungerem, munere Chirurgi lubenter functus sum. Neque a typho bellico immunis fui, sed omnem ejus tuli miseriam. Patria tandem liberata, pace gloriosissima composita, in alma nostra Musarum sede denuo literis incubui. — Scholas nunc celeb. Knape de splanchnologia, celeb. Rudolphi de anatomia pathologica, de anatomia organorum sensuum frequentavi; in arte cadavera secandi,

iidem viri illustrissimi, me instituerunt. — Illustrissimus Hufeland mihi Materiam medicam, Therapiam generalem. nec non specialem, experientissimus Horn Pathologiam et Therapiam specialem, doctissimus Bernstein Akologiam, doctissimus Busse Ophthalmologiam, illustrissimus Knape Medicinam forensem explicarunt. Diligenter tandem exercitationibus clinicis virorum illustrissimorum: Hufeland in Policlinico, Horn in nosodochio Caritatis, Graefe in instituto clinico chirurgico interfui; neque ab institutionibus clinicis celeberrimi Berends abfui.

Tentamine et examine rigoroso coram gratiosa facultate medica feliciter peracto, nil obesse spero, quo minus honores doctoris Medicinae et Chirurgiae benigne in me conferantur.

THESES.

I.

Dysenteria non est morbus contagiosus.

II.

Sensorii communis medium minime in halitu ventriculorum cerebri continetur.

III.

Rubeolae non nisi varietatem scarlatinae sistunt.

IV.

Febris puerperalis pro basi inflammationem, peritonaei praesertim, agnoscit.

V.

Paracenthesis inter optima contra ascitem remedia censenda est; nequaquam vero in hydrothorace, vel in hydrope cerebri adhiberi debet.

VI.

Calor animalis potissimum ab actione cerebri dependet.